

... et p...  
... ex...  
... **Q**u...  
... qua...  
... fenu...  
... pmanes...  
... ganat...  
... **Q**u...  
... uris...  
... filii...  
... ne...  
... nobis...  
... **Q**u...  
... **ne se po**...  
... qu...  
... no du...  
... inoce...  
... **Q**u...  
... **Q**u...  
... **Q**u...

**H**ic est. Conuenienter  
nobis iunū in ho est  
duicā cena mēnōrie. In  
q̄sq; enī suā cenā p̄sumit  
admāducādū. Et alī quide  
esurit. alius aut̄ eius est.  
**N**ūquid domos nō hēns ad  
māducādū. et bibendū. et  
ecclesiar; di cōceptūns. et cō  
sūdins eos qui nō habet.  
**Q**uā dicit nobis. Laudo uos  
in hoc nō laudo. Ego enī ac  
cepi a dño: qd̄ et tradidi uob;  
qm̄ dñs ih̄c in q̄ nocte t̄ce  
bat. accepit panes et gr̄as  
ages fregit et dixit. **H**oc ē cor  
pus meū qd̄ pro uob t̄ce.  
hoc facite in eā cōmēnō  
nē. **S**umit et calicē post  
cenam dicens. **H**ic calix uo  
uū testamētū ē in ea saque



36  
3  
*In festiuitatem Nuptiarum*

REVERENDI, PIENTATE, DOCTRINÆ ERVDITIO-  
NE ET VIRTUTE PRÆSTANTIS VIRI,  
Dn. GODFRIDI, Amplissimi, doctrina, virtute, res-  
rumq; vsu clarissimi viri, NICOLAI REINHOLDI I.V.D.  
& Reipub. Cygnæ quondam consulis prudentissimi,  
piæ memoriæ F. & Ecclesiæ Iesu Christi,  
quæ est in Zadell pastoris:

ET  
PVDICISSIMÆ ATQVE HONE-  
stissimæ virginis, MAGDALENÆ, Reuerendi, pietate,  
doctrina & virtute ornatissimi viri, Dn. SIMONIS GODE-  
RICII Pastoris Ecclesiæ FLÖSBURGENSIS  
vigilantissimi, carissimæ  
filix.

*Die VIII. Mensis Iulij quæ D. Episcopo Chiliano sacra est Anno salu-  
tis preparatæ M. D. XCIV. Lipsiæ celebratarum.*

CARMINA.

Cum solenni votorum appreciatione ab affini-  
bus & amicis scripta, &c,



*Lipsiæ, Zacharias Berunald excudebat, Anno 1594.*

D. D. D.

NOVIS SPONSIS.



AGDALA quod sit Amor glycypicros noueris, c.  
Et quod coniugium res glycypicra, scies, (lim,  
Illud longa dies, suspensa ubi copula, fecit;  
Dulcis quo aspectus lectus amarus erat.  
Hoc tete thalamus socialis Nupta docebit,  
Quæ scis, quod nullus sit sine nube dies.  
Quam pietate fugat constantia, & impiger Æther:  
Dulcia qui quæuis faxit amara D B V S.

M. Thomas Tragenius.

THEMA NVPTIALE.

*Nuptia sunt Legis obsequium: Infirmitatis remedium: Humanitatis  
solatium. C. Nuptiarum bonum 27. q. 1.*

Pontificum lasciuia cohors connubia certâ  
Lege negat fieri coniugiumq; fugit.  
Et tamen illicitis impuro in pectore flammis  
Vritur, Enceladi mons velut igne micat.  
Indè solet turpi quocunq; in fornice scorto.  
Misceri, vltorem nec putat esse D B V M.  
Vsq; adeò mendax Papæ Indulgentia foedi  
Mortales cœcos, & vaga bruta facit.  
Pectoris at cui mica pñ, connubia summo  
Fatetur fieri sic moderante D B O.  
Omnia qui certis moderatur legibus, ille  
Autor coniugij primus in orbe fuit.  
Dum Paradisiacis in agris coniunxit Adamo  
Ex costa costam quam fabricârat H B V A M,  
Iussit & vt firmo, duo pectora iuncta fauore  
Perpetua colerent relligione D B V M.  
Hæc Lex immota est, hac cuncti Lege tenentur  
Qui nolunt calto displicuisse D B O.

Qui

Qui licitos ignes sequitur, socialia lecti      ee  
 Foedera qui pangit, complacet ille D E O.      ee  
 Sicut enim D E V S est mens casta & causa pudoris:  
 Sic quoq; coniugij foedera casta probat,  
 Atq; vagos omnes hostiliter odit amores,  
 Ignibus hinc S O D O M A M Regnaq; quina cremat.  
 M A G D A L I S ergo suo G O D E F R I D O dum sociatur,  
 Observant ambo, iussa verenda D E I.  
 Hæc mandata D E I, G O D E F R I D V S sedulus hausit  
 Dum sacros libros nocte dieq; terit.  
 M A G D A L I S hæc nouit, docto quia docta parente est,  
 Qui verbo C H R I S T I pascit alitq; gregem.  
 Sic ambo prauæ vitare libidinis æstus  
 Norunt, concessis ignibus atq; frui.  
 Ipsorumq; lares si fors aduersa fatigat  
 Tristitiæ metas ambo tenere sciunt.  
 Fortunæ casus, quia nomine M A G D A L I S, illud  
 Signat, magnificè sustinuisse sciet.  
 Ac pacis G O D E F R I D V S amans cum coniuge dulci  
 Facis grata, ferens oscula, signa, dabit.  
 M A G D A L I S ô nimium felix cui fata maritum  
 Moribus assignant & pietate grauem.  
 Gnauiter is populo Diuini oracula verbi  
 Explicat, & cœli scandere monstrat iter.  
 Et felix G O D E F R I D E tibi quod M A G D A L I S V X O R  
 Iungitur, en roseo fulget ab ore pudor.  
 Felices ambo sociat quos Rector Olympi  
 Penè pares annis penè animisq; pares.  
 Dignus amore tuo est G O D E F R I D V S M A G D A L I S, illa  
 Est G O D E F R I D E tuo, digna fauore frui.  
 Sit thalamus felix & ab omni parte beatus,  
 In geminis sit mens vna, sit vnus amor.  
 Viuite concordēs numerosa crescite prole,  
 Quæ ludat vestros ante nouella pedes.  
 Nam ceu vitis opaca vlni sub tegmine nata  
 Pampineo, fructus fronde virente tegit.

Sic ô Sponfa domum numerosa prole beabis  
Necquicquam immensis inferiore bonis.  
Quæ matris ludens vulum exhilarabit amicum,  
Et risus patri, grata iocosq; dabit.  
Hoc DEVS vt fiat, qui regnas TRINVS & VNVS,  
Effice, sic gratus vota precesq; dabo.

M. Abrahamus Gispach Lipsiensis  
SS. LL. studiosiss. Affinitatis ergo F.

*Epigramma Nuptiale.*

**V**incula dum pateris tibi connubialia iungi  
Pacificum verè te quoq; Sponse, probas.  
Pace bona flammæ, & læsi pectoris ignes  
Magdalidos tandem vincere quæris ope.  
Hanc, tu pacificus, veluti medicamen amoris  
Excipe, nec gremio, quæso, repelle tuo.  
Pace virent horti, plenis ager horret aristis,  
Ille sed incultus Marte furente perit.  
Tu quoq; commissum cures, ceu villicus hortum,  
Crede mihi pacis pignora multa dabit.  
Sic GODFRIDVS eris DOMINI mandata secutus  
Pace colens Sponsam, sic GODFRIDVS eris.

M. Ambrosius Bardenstein  
*Annabergensis.*

A L I V D.

**X**αῖρε φίλινε ἄνερ: πολλοῖς δεδονημένε ὄλβου:  
ὣ δεῦ εἰρήνη τούνομα κλειτόν ἔδω.  
Νῦν γὰρ ἰδοὺ ὁ θεός σοι ἰσοκλέα, ἐγναλίζει  
Σύζυγα: μαγδαλίην καλδίκομόν γε κόρην:  
κἄν χυσοῦν προικῶν οἱ οὐ δώσωσι τοκῆες:  
κτῆματα ἀλλὰ νόσ ἀγλαοπίστῃ ἔχε.  
Νῦν ἄρα παμμάκαρες γαμῆν βιοτεύετ' ἐν εὐνῇ  
εἰρήνη ἢ δεῦ ἀμφοτέρως γανοῖ.

VERSIO

VERSIO GRÆCI CARMINIS.

**G**AUDE amicissime Vir : multis agitate felicitatibus,  
Cui DEI pax Nomen Inclytum dedit :  
Nunc enim Ecce DEVS tibi : pariter Inclytam in volam dat  
Coniugem : Magdalenam pulchrè comatam sanè puellam :  
Ac etiamsi aurum dotale ipsi minimè dederint parentes :  
Peculia tamen mentis præclarè fidelis habet :  
Nunc igitur prorsus felices iugali viuite in thalamo  
Pax verò DEI ambos læticia afficiat.

PARAPHRASIS EIVSDEM.

**Q**UAM RHEINHOLDE beant te gaudia maxima Vatem :  
Cui tribuunt nomen PAXq; DEVSq; suum ;  
Quam tibi dat pulchram Numen coeleste puellam :  
Cui decoris multum, plus probitatis inest.  
Pondera nulla licet iactet tua Magdalis auri :  
Iactat mentis opes : attamen ipsa piæ.  
Vos igitur semper felici viuite tæda,  
Florentes ambos, pax beet alma DEI.

*Scribebat hæc ὀλιγόσιχα τρίγλωττα, quàm vicini-*  
*tatis : tam benevolentia ergò : Adamus*  
*Graun, Pastor in Taubenheim.*

ALIUD.

**G**ODFRIDE te olim MAGDALENÆ fortiter  
Visit nitor GEDRICIÆ,  
Soles quaternos, HELENIO venultior,  
Et marmore omni purior.  
Fortassis, vt CYPRON reliquit, integra  
In te ruit velociter,  
Castissimam, missam facemq; desuper  
Præcordio ingerens, VENVS :  
Cum MAGDALENA ab hac nec auulsit dies  
Perlonga, nec GEDRICIÆ in  
Amore RHEINHOLDO tibi dispendium  
Plebis nociuæ & blandulæ

A 3

(Vt

( Ut sæpe fit ) ferre potuere vocalæ.  
 Sponse ergo constantissime,  
 Qui virginem nullam magis aliam arsisisti, tua  
 Connixa cervici tuæ  
 Nuptæ recentis MAGDALENÆ candidæ  
 Feres decenter brachia.  
 Pro quâ mori vereberis nec vllibi,  
 Sed sustinebis ter mori,  
 Si Fata parcant MAGDALI superstiti,  
 MORTEM quæ suspendant tuæ.  
 Quam gratulor tibi, tuis & gratulor  
 Creberrimis amplexibus,  
 Cum qua novâ sponsâ diu superstiti  
 Viuas superstes, prospera  
 Ut caussa finalis tori elapsis novem  
 Fiat, quod opto, mensibus.

Theophilus Cornicælij F.  
 LL. Cand.

### A L I V D.

**Q**ui varijs æstus stimulis, rapidisue procellis,  
 Ceu pinus vasto fluctuat æta mari.  
 Tutum coniugij portum petat, anchora proram  
 Hic liget, hunc nescit corripuisse Notus.  
 Quid? si vulnus alis venis, medicina dolori,  
 Qui vires carpit, certa reperta tuo est.  
 Dum Godfride petis portum hunc, non Eurus Eois  
 Lætus equis feriet carbasa tuta vado.  
 Hinc tibi, quod felix trabibus confeceris æquor,  
 Gratantur Charites, angelicusque chorus.  
 Ergo ego SPONSÆ nivos merito congrator honores:  
 SPONSÆ tibi thalamum; quid tibi SPONSÆ thorum.  
 Vos DEVS aspiciat rutilo placatus Olympo,  
 Vestraque pergratâ tecta salute beet.  
 Pax regat & mensam, concordia sepiat vltro  
 Connubium vestrum, SPONSÆ, SORORQUE precor.  
 Luctificam



Luctificam procul Alecto depellat I E S V S,  
Neu vos turbet ægis, fœdera firmet æpoc.  
S P O N S E quid vltorius? sic reddis & oscula sumens  
Castâ cum S P O N S A gaudia lætus ages.

Samuel Göderitzius Sponsæ Fr.

A L I V D.

R Es bona virginitas, vitaq; beatior omni  
Casto quæ sensu, quæq; pudore venit.  
Ast carum rarum; magis ergo sancta placebunt  
Fœdera coniugij, Sponte probata D E O.  
Castam quod vitam promittit, quodq; beatis  
Et suprema bonis inferiora replet.  
Vtraq; coniugium fateor præstet, simulata  
Ergo erit hoc melius virginitate bonum.  
Laudet delicias vitæ Papa cælibis, aptet  
Laicus interea grex socialis onus.  
Cum vitæ dominus rationes exiget actæ  
Vitæ palma bonæ, dic mihi cuius erit?

Fridericus Schoberus Greuenthalensis.

A L I V D.

A Pplicat vt lætam mollis se vitis ad vlnum,  
Quâ sustentatur viribus auctâ suis.  
Et veluti nimbis, vitem, stridentibus, vlnus  
Defendit, ne quâ grandine pressa cadat.  
Ac velut effundit Baccheia vitis in vlnum  
Dona, æltum solis mitigat & folijs.  
Magdalis in Godfride tuum sic nectat amorem  
Sese, quæ viti est æquiparanda bonæ.  
Hanc amplecteris lætus, capiesq; fouebis,  
Hanc rapiet nemo, mors nisi tetra' tibi.  
Hæc solamen erit, curas procul hæc q; fugabit,  
Et tibi, ceu vitis, pignora multa feret.

Det

Det **D E V S**, vnus amor vobis eademq; voluntas,  
Vlmus sis ipsi, vitis at ipsa tibi.

Andreas Chemnitius Annæmontanus,

**A L I V D.**

**Μ**ΑΤΔΑΔΙΝΗ ὅτι γὰρ ζεύγυνός μᾶς φίλεθίης,  
τῆς ὑπὸ ἡρώης οὐνομα κλειτὸν ἔχω;  
συγχαίρω; ἢ δ' ὄφρα ἔχητ' εὐθιλέα μοῖραν  
ὑψιμέδοντα δέορ νῶϊ κετεύω ἀεεῖ.

Zacharias Zimmerman Grimensis,  
*Philosophiæ Bacc.*

**A L I V D.**

**Q**Vem **D E V S** ipse virum summo dignatur honore,  
Muneribusq; amplis condecorare cupit:

Huic sociam adiungit formâ, pietate, fideq;

Conspiciam, quo non maius in orbe bonum.

Talem cum dederit cœli terræq; Monarcha

**S P O N S E** tibi, certum est, te quoq; amare **D E V M**.

Hanc igitur vero complecti perge fauore,

Sic sociæ gratus, gratus erisq; **D E O**.

Iohannes Buttner Tauchensis,

**F I N I S.**





aut emissa voce magna ex  
piravit **ps. nr.** Et uidi ce  
phi lassu e' in duo. alio me uita  
deorsu. Vides aut e' in quo  
exadulo stabat. ga sic clamor  
expirasti ait. Ver. hic homo  
di filius erat. Erat aut e' in  
heres de lege aliter. Me  
qs erat in. Me. Me. Me.  
et maria. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
Et cu' e' in. Me. Me. Me. Me.  
eu. et misit. Me. Me. Me. Me.  
miser q' h'ent. Me. Me. Me. Me.  
ultra. **ex.** **E**rat  
seru e' in. Me. Me. Me. Me.  
erat qd e' in. Me. Me. Me. Me.  
yoseph. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
decurio. Me. Me. Me. Me.  
me adpysate. Me. Me. Me. Me.